mundo aumente mucho nuestra confianza; no debe acabar del todo nuestra solitud. No se nos ha dado, paraque podamos dormir, sino paraque velemos con menos zozobra. No falta ya mas, ó Venerable Hermano, que asegurarte, que si hasta aqui teniamos bien conocidos y experimentados tus officios de afecto, conjuncion, observancia, y piedad ácia á Nos, y esta Apostolica Catedra de San Pedro; ahora Nos ha sido tan agradable y satisfactoria la clarisima prueba que en confirmacion de ellos Nos das en tu Carta, que nada deseamos tanto como poder hacer patente á todo el mundo el aprecio que hacemos de tu Persona, dignidad, y virtud, y con quanto gusto y prontitud executaremos todo lo que pueda la beneficencia de esta Santa Sede y sea conducente al aumento de tu alabanza, y merecida gloria: suplicando entretanto á Dios Optimo Maximo, que habiendo sido el principal Autor, que te inspiró y movió á las acciones, con que has ganado tan excelentes meritos; multiplique y aumente en ti los ya comunicados dones. Recibe, pues, como prueba de esta Divina Benignidad la Bendicion Apostolica, que dispensamos amorosissimamente, y con entrañable gusto de nuestra caridad paternal á ti, ó Venerable Hermano, y á los pueblos que estan encargados á tu fidelidad.

*Datum Romæ apud Sanctum
Petrum sub Annulo Piscatoris die
XIX Decemb. MDCCLXXVIII.
Pontificatus Nostri Anno Quar-
to.*

Dado en Roma en San Pedro ba-
xo del Sello del Pescador dia
19 de Diciembre del año 1778,
que es el quarto de Nuestro
Pontificado.

Benedictus Stay.

Benedicto Stay.

VENERABILI FRATRI
JOANNI NICOLAO EPISCO-
PO MYRIOPHYTANO.

A NUESTRO VENERABLE
HERMANO JUAN NICOLAS
OBISPO MYRIOPHITANO.

Pius Papa Sextus.

Pio Papa VI.

*Venerabilis Frater, Salu-
tem & Apostolicam Benedic-
tionem. Quod summopere sem-
per optavimus, quodque á Deo
Optimo Maximo omni animi
contentione precati sumus, ut
Tu, Venerabilis Frater, cordis
dolore tactus intrinsecus, tan-
dem aliquando á suscepta jam-
dudum offensionis atque erroris
semita illius miseratione digre-
dereris, Teque ipsum ad veræ
doctrinæ lucem revocares; id
nunc contigisse & ex Litteris
Venerabilis Fratris Clementis
Wenceslai Treverensis Archie-
piscopi, & S. R. I. Princi-
pis Electoris, & ex transmis-
so Nobis Tuo Retractationis Li-
bello incredibili paterni Nos-
tri animi jucunditate intelle-
ximus. Maximas extitisse No-
bis á Te antea doloris, atque
agritudinis causas, ipse faci-
le percipere potes; cum Te ni-
mirum intueremur hujus Apos-*

Venerable Hermano, Salud
y Bendicion Apostolica. Lo que
siempre habiamos vivisimamente
deseado, y lo que con todo el
conato de nuestro espiritu pe-
diamos á Dios Optimo Maximo,
que tu, ó Venerable Hermano,
herido interiormente por la mi-
sericordia divina, te apartases del
torcido camino que pisabas tan-
to tiempo, y que buscando la
luz de la verdad dejases de
tropezar en grandes y continuos
errores; es lo que sabemos aho-
ra con indecible gozo de nues-
tro paternal corazon haber suce-
dido, ya por la Carta de Nues-
tro Venerable Hermano Clemen-
te Wenceslao Arzobispo de Tre-
veris, y Elector del Sacro Ro-
mano Imperio, ya por la Me-
moria de tu Retractacion que
nos remites. Es facil aun á ti
mismo conocer quanta y quan
grande fuese nuestra pena y
amargura, considerandote ele-
vado al Obispado por benefi-

tolicae Sedis beneficio ad Episcopatum euectum, ipsique tanto necessitudinis nomine devinctum, tamen insurrexisse ad eandem oppugnandam, idque conari, ut ejus antiquissima jura, atque á Christo Domino derivata privilegia minueres, ac labefactares. Divinis Nos sane freti promissionibus certissime confidebamus, Solidissimam hanc Veritatis Petram nullis unquam adversis ventis ac tempestatibus concuti posse, atque ad ruinam impelli. Sed & Tuam dolebamus vicem, qui Te tantopore á Nobis averteres, atque aberrares; & eorum etiam omnium errorem perniciemque deslebamus, quos ingenium tuum, amplaque eruditionis, ac doctrinae species ad Tuas partes, hoc praesertim adversissimo Ecclesiae ac Religioni tempore, facile pertrahebat, atque aggregabat. Has pristinas gravissimas molestias, perpetuasque sollicitudines. Nostras non idcirco nunc commemorandas suscepimus, Venerabilis Frater, ut Tibi quidquam exprobrare videamur; sed ut luculentissime declaremus, in quale, quantumque illae jam conversae sint gaudium, quamque ex ipsa superioris temporis recordatione sensus in Nobis Tuæ hujus reversionis fiat jucundior. Cognoscimus certe in Tuis hisce im-

cio de esta Santa Sede, y obligado por ello mas estrechamente á conservar su amistad, y que eras quien le hacias cruelisima guerra disminuyendo y atropellando sus antiquisimos privilegios y derechos, derivados del mismo Jesu Christo. Es verdad que confiados en las Divinas promesas, estabamos bien seguros, de que esta solidisima Piedra de la Verdad no podria jamas ser conmovida, ni impedida á su ruina por grandes que fuesen los vientos y tempestades contrarias: pero sentiamos tu infeliz suerte, al observar que volviendonos las espaldas te extraviabastanto mas, quanto con mas celeridad caminabas: y llorabamos tambien la desgracia de aquellos, que en tiempos tan calamitosos á la Iglesia y Religion habias arrastrado y agregado facilmente á tu partido, ya con tu mal empleado talento, y ya tambien con la erudicion y doctrina de que abundas. No es reprehenderte, ó Venerable Hermano, ni menos sonrojarte, recordar ahora los gravisimos pesares y perpetuos cuydados, que antes nos molestaban tanto; sino unicamente manifestar con toda la posible energía qual y quan grande sea el gozo en que se nos han convertido, y quanto se aumenta al acordarnos de la gravisima pena, que entonces experimentamos. Resplandece ciertamente en esta mudanza de

mutatis consiliis Dei virtutem ac misericordiam, qui non reliquit Te usque in finem, sed novam Tibi mentem voluntatemque per Sanctum Spiritum immisit, atque indidit; eique quantas maximas possumus intima Animi fide gratias persolvimus; Teque etiam hortamur, ut hæc ipsa debita Tuæ Religionis Officia in humilitatis sensu exhibere, ac referre nunquam intermittas. Porro ut Tu ipse pro tanto beneficio, post Deum, unice obstrictus es eidem Trevirensi Archiepiscopo Tuo; ita Nos itidem plurimum ipsi debere ultro profitemur, qui sua tandem opera, Sapientia, ac Virtute perfecit, ut divina ope Te ad hanc Beati Petri Cathedralum cum gemitu sistentes, implorares veniam, ad ejusque cultum, obsequium, ac reverentiam puro corde, & conscientia bona, & fide non ficta redires. Hoc nimirum de Te persuadent Nobis, præter summam ejus amplissimi Viri auctoritatem, ipsa ratio Epistolæ ac Retractationis Tuæ, in qua post plurima singillatim, atque accurate expressa, á Teque revocata, Animum præteritorum omnium pœnitentem exhibes, eumque in modum comparatum

ideas y pensamientos la Omnipotente Misericordia de Dios, quien tan no te ha dexado de su mano hasta el fin; sino es, que te ha embiado é infundido por su Espiritu un nuevo entendimiento y voluntad, beneficio por el que con tanta confianza como regocijo le damos las mas rendidas gracias, y te exhortamos á que se las tributes incesantemente con espíritu de humildad, persuadido que es acto de religion á que estás sumamente obligado; y beneficio que ciertamente despues de Dios debes á tu Metropolitano, y Nos reconocemos tambien deberle mucho; porque su actividad, sabiduria y virtud han conseguido que ayudado de la Divina gracia te presentes compungido á esta Catedra de San Pedro, le pidas perdon, y prometas profesarle con puro corazon, buena conciencia y fe no fingida el debido culto, obsequio y reverencia que hasta aqui no has prestado. Esto Nos persuade la autoridad de ese Varon exemplar y sin semejante. Esto nos asegura tu Retraccion y Carta, en la que expresas con toda especificacion las muchas sentencias que detestas. Esto nos confirma aquel afligido espiritu con que lloras tus pasados errores, y aquella disposicion con que nos prometes, en lo sucesivo, arreglarte al nivel de la verdad. Esto nos convence la prontitud con que di-

esse confirmas, ut cetera etiam, quæ non expresseris, contra Apostolicæ Sedis decreta, ac doctrinam á Te unquam prolata, statim ut admonitus fueris, Te ad veritatis normam redacturum esse pollicearis. Hoc optimæ voluntatis Tuæ testimonium Nosperlibenter suscipimus; hoc certum tuæ constantiæ pignus esse existimamus. Proinde remittentes Tibi quascunque Canonicas, & spirituales pœnas, Te, Venerabilis Frater, quod tam enixe á Nobis suppliciterque postulas, in Nostram, & Sanctæ hujus Sedis gratiam reconciliamus, ac restituimus; Tibi pacem, quam á Christo Domino didicimus, largimur; Tibi paterno amplexu occurrimus; Te inter Episcopos Collegas Nostros adnumeramus, atque amantissimis Verbis Filium etiam Nostrum compellamus. Dum hunc Nostrum, ut vides, amorem Tibi tam prolixè deferimus, eundem etiam cum plurima tui commendatione ac laude jam nunc conjungere minime dubitamus; neque enim dissimulare possumus in Tua hac Actione conspici á Nobis & docilitatem ingenii, & magnitudinem animi Tui. Nam quid majus á Te fieri, quid fortius potuit, quam discussa errorum caligine, á pristina mentis elatione ad christianæ humilita-

ces añadirás á tu Retracción los capítulos de tus escritos que no abraze, y sean contrarios á la doctrina y decretos de esta Sede Apostólica. Esto aceptamos gustosísimamente como auténtico testimonio de tu recto corazón; y esto, en fin, reconocemos como prenda cierta de tu futura constancia. A ti pues, Venerable Hermano, absolvemos de todas las penas canónicas y espirituales en que incurristes. A ti reconciamos de nuevo en la gracia y amistad de esta Santa Sede, tan á pesar nuestro perdida. A ti damos la apreciable paz; que Nos encomienda y enseña Jesu Christo. A ti abrazamos con la ternura de Padre. A ti contamos ya entre los Obispos de la Iglesia nuestros Compañeros. A ti, en fin, con expresiones las mas amorosas y tiernas te damos ya el nombre de hijo Nuestro. Aun no está dicho todo. Te hemos manifestado, es verdad, con tanta prolixidad como cariño el filial amor que te profesamos. Pero queremos añadir el recomendable elogio, de que eres acreedor. Pues entendemos, que en esta tu Retracción resplandece tu docilidad de ingenio, y tu grandeza de alma. Porque que acción mas noble, ni mas heroica pudistes emprender, disipada la niebla de errores, que ofuscaba tu entendimiento, que descender desde tu antiguo orgullo al sentimiento propio de

itis sensum demitti, tuas abjicere ac reprobare sententias, veritati posthabere exoritorios de Te rumores, Temetipsum quodammodo vincere atque contemnere? Quod quanto difficilior est, humanæque Naturæ vires excedens; tanto magis intelligimus abundare in Te divitias gratiæ & bonitatis Dei. Ita certe Boni omnes, quorum gravissima apud Te esse debent judicia, Nobiscum sentient; cum Nos, quæ operata sit in Te Dextera Domini, palam faciemus. Tu itidem, Venerabilis Frater, illud nunc potissimum age, ut omnes Populi publica tua veritatis á Te agnitæ confessione, divinæque potentiæ celebratione quid per ejus misericordiæ gratiam sis consecutus, intelligant. Maximum existima, atque opportunissimum illati á Febronio in Ecclesiam detrimenti futurum remedium, si Tu ipse, qui eos Libros conscripsisti, eosdem, ut erant antea ad plurimorum ruinam, ita nunc ad ipsorum ædificationem refutes, convincas, ac redarguas. Etsi propecta jam ætate sis integris tamen adhuc Te, Deo juvante, polere cum Animi, tum Corporis viribus non ignoramus. Quid potius

la humildad christiana, despreciar y reprobare las sentencias que antes defendistes, y preferir el amor de la verdad al temor de los rumores que contra ti se esparciesen? Accion ciertamente, en la que en cierto modo te despreciastes y vencistes á ti mismo: accion tanto mas difícil y superior á las fuerzas de la naturaleza, quanto mas riqueza de gracia supone en ti; y accion por la que todos los buenos, cuyos juicios debes mirar con el mayor aprecio, conocerán con Nos, quando lo publiquemos, lo mucho, que ha obrado en ti la diestra del Señor. Tuya es, pues, ó Venerable Hermano, la obligacion de confesar publicamente la verdad que has conocido, y de celebrar la Omnipotencia Divina, que te dió el conocerla, paraque así entiendan todos los Pueblos el importante y gratuito bien que te ha dispensado ahora la Divina Misericordia. Impugna, refuta, y disipa los errores de tus escritos, que han perdido á muchísimos; pues este es el mejor y mas a proposito medio que debes tomar para ganarlos, y reparar los considerables daños, que con tu Febronio has causado á la Iglesia. No: no es impedimento tu trabajosa y avanzada edad. El Señor conserva aun en ti con toda su entereza y robustez las fuerzas del cuerpo y del alma. ¿ Que mas util,

igitur, quid utiliùs, quid præstantius reliquo vitæ tempore facias, quam, ut qua manu vulnera Ecclesiæ, atque Apostolicæ Sedis inflixisti, eadem illa ipsa alligare, ac persanare omni studio, ac labore contendas? Habes profecto plurimos, quos imitere, præcedentibus Ecclesiæ temporibus insignes & sanctitate & doctrina Viros, qui nedum prioris ætatis errata retractare veriti non sunt, sed eadem semel detecta constantissime rejicientes, maximam hoc ipso apud omnes suo nomini gloriam compararunt (a). Ea igitur, Venerabilis Frater, exere vires, Te ipsis S. Joannis Chrysostomi verbis excita-

que mas excelente, ni que mas oportuno puedes hacer en el tiempo que aun vivas, que emplear aquella misma mano, con que tantas llagas abristes á la Iglesia y á la Santa Sede, en cerrarlas y cicatrizarlas, sin perdonar trabajo ni diligencia alguna tuya? Muchos insignes sabios, y grandes varones puedes tomar por exemplo en los primeros tiempos de la Iglesia. Lexos de reparar hombres tan eminentes en santidad y doctrina en deshacer los yerros que cometieron en su primera edad, luego que los descubrieron, los rechazaron constantemente; no dudando que por ello se aumentaria mucho la gloria de su esclarecido nombre (a). Ea pues, Venerable Hermano, *prepara tus fuerzas* (palabras son de San Juan Chrisostomo con que te excita-

(a) Epist. Maximi, Urban. & Machar. de suo reditu ex schismat., L. inter. Epistol. S. Cyprian. Edit. Paris cum Annotat. Pamel. ann. 1603. S. Augustin. in Prolog. lib. Retraction. Tom. 1. Operum Edit. Paris. Monachor. S. Maur.: *Neque enim quisquam, nisi imprudens, ideo quia mea errata reprehendo, me reprehendere audebit. Sed si dicit, non ea debuisse á me dici, quæ postea mihi etiam displicerent, verum dicit, et mecum facit. Eorum quippe reprehensor est, quorum et ego sum. Neque enim ea reprehendere deberem, si dicere debuisssem.*

No puede ser sino un imprudente qualquiera que se atreva á reprehenderme, porque yo reprehendo los errores en que he caido. Si me objeta que yo no debia decir lo que despues me habia de disgustar, habla muy bien, y estamos conformes, porque al cabo se empeña en reprehender lo que reprehendo yo mismo, y es cierto que no debiera reprehenderlo, si debiera haberlo dicho.

mus (a), fortiter dimica, atrociter in praelio isto concerta, considera pactum, conditionem attende, militiam nosce; pactum, quod spondidisti; conditionem, qua accessisti; militiam, cui nomen dedisti: *Tibi etiam S. Bonifacii Moguntini Episcopi, Germanique Apostoli, plenas auctoritatis voces subijcimus, quem Tibi ignotum esse non potest, aliquantulum etiam ad Palatiolum Monasterium prope Treviros constituisse* (b): *Ille ad Zachariam scribens testatur, nihil tam se optare, quam Catholicam Fidem & Unitatem Romanæ Ecclesiæ servando dilatare, & quantoscumque audientes, vel discipulos in ista Legatione mihi Deus donaverit, ad obedientiam Apostolicæ Sedis invitare, & inclinare* (c). *Nos vero Tibi ipsum Zachariæ ad Bonifacium responsum damus: Domini deprecamur clementiam, licet peccatores, ut suo Te muniat, & confortet auxilio, Nosque an-*

mos (a), *acomete con valor, pelea con intrepidez, considera el pacto, atiende á la condicion, y reflexiona la militia, el pacto que has contraido, la condicion, con que has venido, y la militia, á que espontaneamente te has unido.* Oye ahora las convincentes palabras, con que queremos concluir de San Bonifacio, aquel tan digno Apostol de Alemania, y Pastor de Moguncia, y aquel tambien, de quien no puedes ignorar ilustró por algun tiempo el Monasterio Palaciolo cerca de Treveris (b). Escribiendo pues á Zacharias asegura que nada desea tanto como el conservar y dilatar la fe Catolica, y la unidad de la Iglesia Romana; y os ofrezco, dice, combidar y apasionar á la obediencia de la Sede Apostolica á todos quantos oyentes y discipulos me diere Dios en esta Legacia (c). Te damos tambien la misma respuesta que Zacarias á Bonifacio. Imploramos la misericordia del Señor, aunque peccadores, pidiendole que te sostenga

(a) Serm. de Martyrib. Quod aut imitand., aut non laudandi sunt Tom. 3. Oper. Edit. Paris. 1581. pag. 849.

(b) Brower. Annal. Trevirens. Tom. 1. lib. 7. num. 116. Bollandist. Act. SS. Junii Tom. 1. Die 5. §. 2. 3. dein. in 4. Vita ejusd. S. Bonifac. §. 2.

(c) In Collect. Concilior. Labb. Tom. 6. pag. 1495. Edit. Paris. 1671.

nuat prosperitatis tuæ semper læta suscipere nuncia (a). Demum pro Dei benignitate, nova semperque uberiora imposterum à Te lætitiæ Nostræ, Tuæque commendationis argumenta expectantes, Apostolicam Benedictionem Tibi, Venerabilis Frater, cælestium munerum omnium auspicem, in paternæ gratiæ, pacis, caritatisque amplexu ex Animo, ac peramanter imperitumur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XIX. Decembris MDCCCLXXVIII. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

y conforte con sus auxilios, y tenga á bien que Nos siempre en adelante recibamos noticias alegres de tu prosperidad (a). Así lo esperamos, te decimos ultimamente, de la Benignidad de Dios, y que juntamente nos darás cada día nuevos motivos de alegrarnos, y de alabarte. Recibe, Venerable Hermano, el abrazo paternal de paz y de gracia que juntamente con la Bendicion Apostolica, anuncio de los dones del Cielo, te damos con la mayor sinceridad y amor. Dado en San Pedro de Roma baxo el Sello del Pescador dia 19 de Diciembre de 1778 año quarto de Nuestro Pontificado.

Benedictus Stay.

Benedicto Stay.

HISCE ABSOLUTIS, PRÆFATUS R. P. D. STAY EGRESSUS EST É LOCO CONSISTORII; & SANCTISSIMUS ALLOCUTIONEM SIC PROSECUTUS EST.

Ex quibus omnibus præclare intellexistis, Venerabiles Fratres, quid hac in re actum jam sit; præcipue vero constare Vobis potuit, quam candido, sincero, atque ingenuo animo in Cor suum se rediisse fateatur Febronius; & quod animadverti maxime debet, non temporali ullo commodo illectus, non

CONCLUIDO ESTO, DICHO R. P. D. STAY SALIÓ DEL LUGAR DEL CONSISTORIO, Y EL SANTÍSIMO PROSIGUIÓ ASÍ SU ALOCUCION.

Conoceis ya, Venerables Hermanos, por los expresados documentos todo lo que en este asunto ha pasado. Conoceis ya la candidez, sinceridad, é ingenuidad con que Febronio confiesa haber vuelto en sí; y conoceis, en fin, (como mas digno de notarse) que no movido por interes alguno temporal, no quebrantado por sus físicas y

(a) In citat. Collect. Labb. pag. 1527.

virium infirmitate fractus, non ingenio debilitatus, nec molestis inducius suasionibus, sed sola veritatis agnitione permotus, sola supernæ gratiæ illustratione perfusus, solo denique salutis suæ desiderio incensus, errores suos singulari studio rejiciat, summaque contentione ejuret; ut Retractationis Libellum, quem propria manu totum perscribere voluit, selectis Patrum auctoritatibus, et rationibus roborarit. Nonne hæc est mutatio Dexteræ Excelsi? Qui innumeris Charismatum donis universum Ecclesiæ Corpus exornat, ut per multos unius luminis radios idem ubique splendor appareat, nec possit nisi gloria esse Christi, cujuslibet meritum Christiani (a). Neque enim exiguum id esse reputamus Episcopi Myriophytani meritum, qui sanctissimos Job, & Davidem imitatus, nullam afferri sibi moram passus est ab importuno, quo imbecilles animi plerumque capiuntur, pudore errata sua confitendi; sed summam ingenii docilitatem, ac miram animi fortitudinem in damnandis sententiis suis, se-

cansadas fuerzas, no debilitado en su esclarecido ingenio, no en fin abrumado de molestas y repetidas persuasiones rechaza con toda escrupulosidad sus errores, y los abjura con firmeza, sino es vencido unicamente por el convencimiento de la verdad, ilustrado con las luces de la Divina Gracia, y abrasado por el ardiente deseo de su salvacion. El escribe de su propia mano toda su Retraccion, y la corrobora con autoridades selectas de los Padres, y razones escogidas. ¿No es esta una mudanza hecha por la diestra del Excelso? *El qual adorna todo el Cuerpo de la Iglesia de innumerables dones gratuitos, paraque los muchos rayos de una misma luz produzcan en todas partes un mismo resplandor, y no pueda sino ser gloria de Christo el merito de qualquier Christiano (a).* Grande es, pues, el esclarecido merito que ha conseguido en esta accion el Obispo Myriofitano; pues imitando á los Santisimos Job y David, no sintió lo detubiese un momento aquel importuno pudor de confesar sus errores, que tantas veces ha enredado á los espiritus debiles. Da ciertamente claras pruebas de una suma docilidad de ingenio, y de una admirable fortaleza de animo, condenando sus propias senten-

(a) S. Leo M. Serm. 63. Cap. 7. Part. 1. Oper. cit. Edit.

que ipso pro veritate abjiciendo, declaravit. Audiatur hic Ambrosius, cujus verbis dum Febronii laudes cumulantur, vulgi stultitia detestatur: Amicus Dei, Propheta Dei, Rex ab ipso electus Deo, & unctus in Regnum, flagellis se spontaneus offerebat, nec erubescibat; & Tu erubescis? Non multum ista verecundia Tibi opitulabitur, cum ad Judicium Dei veneris: sed pudoris Te istius poenitebit, cum in conspectu non solum hominum, sed etiam Angelorum, & omnium Potestatum Coelestium constitutus, coeperis peccata propria non negare.... Non esset hodie in requie servulus meus Job, si erubisset tres illos Reges Amicos suos; nec ipse David, si erubisset delicta propria confiteri..... Et quia uterque eorum non erubuit factorum suorum pretium in mea ponere potestate, meo se iudicio voluntatque committere; nec Ego de talibus Servulis erubescam, ut appellem Amicos meos, qui meam studuerint facere voluntatem (a). Accedere etiam ad ipsius meritum debet, quod cum

cias, y despreciandose á si mismo por amor á la verdad. Oygame aqui á San Ambrosio, cuyas palabras, al paso que son el colmo de las alabanzas de Febronio, sirven para detestar la necedad del profano siglo. El amigo de Dios, el Profeta de Dios, el Rey elegido por el mismo Dios, y ungido para el Reyno se ofrecia espontaneamente á los azotes, y no se avergonzaba, y tu te averguenzas? Poco te aprovechará esta verguenza quando viniéres al juicio de Dios: antes te sabrá mal haberla tenido quando traído á la presencia, no solo de los hombres, sino tambien de los Angeles, y de todos los Poderes del Cielo empiezes á no negar tus propios pecados..... No descansaria en paz el dia de hoy mi humilde Siervo Job, si se hubiese avergonzado de aquellos tres Reyes sus amigos; ni el mismo David, si hubiese tenido empacho de confesar sus propios delitos... Por quanto ellos no tubieron rubor de dexar en mis manos el valor de sus acciones, ni de entregarse á mi juicio y voluntad, tampoco lo tendré Yo de llamar amigos míos á estos siervos humildes, que procuraron hacer mi voluntad (a). Anumeramos tambien como justo merito de Febronio, que es-

(a) Enarrat. in Ps. David. 37. n. 51. Tom. I. Oper. col. 838. Edit. Monach. S. Mauri.

á perniciosa dissensione ipse jam discessisset, ab eadem itidem suo exemplo brevi abduc-turum eos confidamus, qui hac-tenus illius, tamquam sui Duc-toris, signa sunt secuti.

Si Dioscori interitus, qui in sua sentiendi pravitate obiit, ut scribit Leo Magnus (a), in profundiora deiecit asseclas ejus, & perfidiæ incentore sublato, instabiles quædam, & insipientes animæ habent, quod paveant, non habent, quod sequantur; quales nunc esse Febroniani debent, Auctorem suum videntes, non jam extinctum, sed immutatum, sed Sectarum omnium in se ipso damnantem errores? Habent illi adhuc quem sequantur, si ipso præeunte redire ad officium, ad sanitatem velint; sin renuant, & in sua defectione persistent, quid jam illis supererit, detracto Duce, nisi ut incerti paveant, confusi ut erubescant? Qui enim se á Romana Ecclesia sejungunt, in eaque constitutam Unitatem dividunt, dum amantissimæ suæ Matris sinum, & amplexum recusant, omnem suam subs-

tando ya totalmente separado del pernicioso cisma, hay motivos de confiar, que con su exemplo sacará de él á muchos otros, que hasta aqui lo reconocieron por su caudillo; y han seguido el estandarte de su rebelion.

La muerte de Dioscoro que falleció obstinado en sus errores, echó por tierra, en expresion de San Leon (a), á todos sus compañeros; y quitado de en medio quien daba tono á la perfidia, ciertos espíritus instables y necios, dice, tienen de que espantarse, y no tienen que seguir. ¿Quales, pues, deben ser en lo sucesivo los Febronianos; mirando á su Autor, que condena en si mismo los errores de sus secuaces, no muerto como Dioscoro, sino arrepentido y penitente? Tienen ciertamente á quien imitar, si quieren volver á su deber, y recuperar su salud. Febronio les va delante excitandolos á su exemplo. Si lo resisten, y prefieren permanecer en su desercion, faltandoles ya la guia, andarán errantes, temerosos, confusos, y avergonzados; porque siempre será verdad, que los que se retraen y apartan de la Iglesia Romana, y rompen la unidad que en ella estriba, mientras huyen del seno de esta su amorosísima Madre, y rehusan sus abrazos, vienen á ser unos pro-

(a) Epist. III.

tantiam quasi profugi, & inopes dispergunt. Verumtamen pergant illi, quas libuerit, fraudes insidiasque huic Ecclesie struere, atque inferre calumnias, & ut magis adhuc obtrectent, Sæculi Potestatibus eandem obsistere, atque adversari clament; tamen vel invitati agnoscant, ac fateantur necesse est, quanta nunc iis auctoritatis species decesserit, quamque in apertum aggerata illa falsitatis commenta proferantur. Neque se magno similiter errantium numero tueri poterunt, sibi que de multitudine blandiri; ut enim Ambrosius egregie monuit (a): Multitudo sociorum impunitatem non facit criminum: Nam in Sodoma, & Gomorrha, & in totis quinque Civitatibus innumerabiles utique habitabant Populi, & omnes pariter.... igneis imbribus conflagrarunt.

Nos interea Myriophytanum Episcopum, qui manifesta professione d se abjecit ac repulit quidquid in Scriptis suis Romana detestatur Ecclesia, & nihil simulatum, nihil obscurum, nihil ambiguum in sua Retractatione intexuit, diutius morari non possumus, quin, etsi

fugos miserables, que derraman todo el bien que tenían. Armen, pues, lazos los Febronianos: inventen mentiras, levanten calumnias, y digan altamente contra esta Iglesia, para mas desacreditarla, que se oponen y perjudica á las Potestades del siglo, pero deberán conocer y confesar, á pesar suyo, que ha perdido mucho la aparente autoridad, en que se apoyaban, y que ya es harto manifesta la invencion de falsedades que amontonan. No se excusen con el crecido numero de los que sostienen sus errores, ni se lisonjeen de la gran multitud que va con ellos; pues segun el excelente aviso de San Ambrosio (a) *La muchedumbre de compañeros no hace que los delitos hayan de quedar sin castigo. Numerosísimos eran los pueblos que habitaban en Sodoma y Gomorra y las cinco Ciudades, y todos juntamente.... perecieron abrazados en fuego baxado del cielo.*

Volvamos ya al Obispo Myriofitano, quien en su terminante declaracion arrojó y despidió de si todo lo que en sus escritos detesta la Iglesia Romana. Nada de simulacion, nada de obscuridad, nada de ambigüedad se encuentra en las expresiones de que usa. No podemos pues dilatar mas tiem-

(a) Lib. de Laps. Virginis consecr. Cap. 9. num. 41. Tom. 2. Oper. col. 316. supracit. Edit. Paris.

magno á Nobis locorum intervallo divisum, in Spiritu Caritatis amplectamur; & ab ineffabili Misericordia Dei non judicemus alienum, sed omnis culpæ abolitionem, & Apostolicæ pacis gratiam impertiamur: Nullas patitur veniæ moras vera Conversio; & in dispensandis Dei donis non debemus esse difficiles, nec accusantium se lacrymas, gemitusque negligere, cum ipsam pœnitendi affectionem ex Dei credamus inspiratione conceptam (a). Aliter, uti docuit per aptissimas similitudines Cyprianus (b), præcluderemus, atque absciunderemus iter doloris, ac pœnitendi viam; & dum fructus pœnitentiæ intercipitur, pœnitentia ipsa tollitur. Supremus enim Creator noster magis placatur voluntate, quam sanguine, ut ostendit in Abraham, cujus fidem in Filii oblatione requisivit; at si eum jussit offerri, tamen non permisit occidi(c), Huic Nostræ voluntati magnum adjecit inci-

po el abrazarlo espiritualmente con los brazos de la caridad, aunque no esté presente, sino á gran distancia de Nos. Juzgamos que ya la inefable y divina Misericordia se experimenta en él. Y por tanto desde ahora le concedemos la absolución de toda culpa, y la gracia de la paz Apostolica. *La verdadera conversion exige que el perdon sea muy pronto, y no debemos mostrarnos detenidos quando se trata de dispensar los dones de Dios, ni tener en poco los gemidos y lagrimas de los que se acusan, quando creemos que sus afectos de penitencia nacen de la inspiracion Divina (a). Cerrariamos (enseña San Cypriano con semejanzas muy propias) (b) el camino al dolor, y estorbaríamos el paso á la penitencia, si procedieramos de otro modo; porque si se llegase á impedir el fruto de la penitencia, se quitaría la penitencia misma. Debemos imitar á Nuestro Supremo Criador, quien mas se aplaca con la voluntad del hombre que con su sangre. Asi se vió quando quiso que Abraham le diese pruebas de su fidelidad en la inmolation del hijo quemandó ofrecer, y no permitió matar (c). Añade mucho peso á esta Nuestra voluntad la eficaz é*

(a) S. Leo M. Epist. 83. Cap. 4.

(b) Epist. 52. juxt. Edit. Paris. 1603.

(c) S. Petr. Chrys. Serm. 108. Edit. Lugdun. 1627.

tamentum Trevirensis Archiepiscopus, qui idipsum á Nobis summo studio postulavit. Ipsi non solum omnem habemus, pro sua amplitudine, ac virtute, fidem; sed tantum existimationis, caritatis ac laudis pro innumeris suis in Ecclesiam meritis deferimus, ut incredibilem in modum illius studiis, illius gloriæ faveamus. Ejus maximæ post Deum, in eximio hoc opere partes extiterunt; ejusdem Consillis, atque Actis, tam præclara incepta præclariores sunt exitus consecuti. Summa est præterea ipsius Nobiscum conjunctio, Summa erga Apostolicam hanc Sedem observantia. Quapropter dum ipsum debita hac prædicatione prosequimur, dum tantopere de sua pietate gaudemus; adhuc multo majore fiducia nunc ab ipso petimus, eumque obsecramus, ut pastorali Animo pergat Adversariorum Machinamenta confringere, Coepiscoporum excitet diligentiam, ut quos eadem Unitatis causa conjungit, eodem ardore inflammentur in revocandis iis, qui á veritatis semita inconsultius deerarunt in suis Ecclesiis, ut ita Domini ovile reparetur, & per sollicitudinem Caritatis at-

interesante suplica del Arzobispo de Treveris. Este Prelado cuya dignidad y virtudes Nos merecen una total confianza: este Prelado, cuyos meritos contraidos en favor de la Iglesia son casi innumerables: este Prelado á quien miramos con tal respeto y amor, que tenemos especial gusto en cooperar á sus justos deseos, y promover su merecida gloria: este es quien despues de Dios ha tenido la mayor parte en esta grande obra. Este es, cuyos consejos y diligencias han conducido hasta el actual estado tan difícil negocio. Su union con Nos es la mas estrecha. Su respeto á esta Apostolica Sede el mas profundo. Si, pues, predicamos con tanta justicia sus elevados meritos, y Nos felicitamos de su grande piedad, tambien le pedimos con vivas instancias, y le suplicamos con la mayor confianza prosiga en desbaratar con su Pastoral firmeza las maquinaciones de los adversarios, y en excitar el zelo de los Obispos que estan con él; á fin de que los que se han juntado por una misma causa que es la Unidad Ecclesiastica, se sientan inflamar de un mismo deseo, que ha de ser el de recóbrar los mal aconsejados, que en sus Iglesias se extraviaron del camino de la verdad. De este modo será repuesto el aprisco del Señor; y todas las ovejas de Christo, por ser uno mismo el cuydado de enseñarlas

que doctrinæ, omnes Chisti O-
ves unum se sentiant habere Pas-
torem (a).

*Hæc sunt, Venerabiles Fra-
tres, quæ in sinu Nostro diu-
tius continere præ gaudio non
potuimus, quin Vobiscum com-
municarem; ut quos antea sol-
licitudinis, ac doloris socios ha-
buimus, nunc consolationis Nos-
træ compotes, participesque fa-
ciamus. Præclaram tribuit an-
nuntiandæ hujus lætitiæ opportu-
nitatem, illamque potissimum
auget, hæc ipsa solemnitas, quam
celebramus, Reparationis dies (b),*

*y de apacentarlas, conocerán
también ser uno solo el Supre-
mo Pastor que las dirige (a).*

Estas son, ó Venerables Her-
manos, las noticias que ni pu-
dimos, ni debimos por mas
tiempo ocultaros. El gozo en
que reboza por ellas Nuestro
pecho y la razon de consolar
á los que fueron compañeros en
Nuestra amargura, justa y efí-
cacemente Nos impelieron á ha-
cerlo hoy : hoy, decimos,
dia en el que celebramos la
gran solemnidad del Naci-
miento de Nuestro Redentor (b),

(a) S. Leo M. Epist. 141. in fin.

(b) Alexander PP. VI. uti
proditum in Diario Burchardi
Cæremoniarum Magistri, ha-
buit die 25 Martii 1498 Con-
sistoriorum secretum, recurren-
te Dominica quarta Quadrage-
simæ *Lætare* nuncupat., in quo
providit nonnullas Episcopales
Ecclesias. Benedixit Rosam au-
ream; & deinde venit ad Cap-
pel. maj. in qua celebravit Mis-
sam Card. Perusinus.

Julius PP. II, teste Dia-
rio Paridis de Crassis Cærem.
Mag., habuit Consistorium se-
cretum in Aula Paramentorum
die 23 Februarii 1505, recur-
rente Dominica tertia Quadra-
gesimæ; & postea venit ad Cap-
pellam, in qua Missam canta-
vit Archiepiscopus Atheniensis
Adsistens.

In Diario Phebei Cærem.

(b) *Alexandro Papa VI se-
gun se publicó en el Diario de
Bruchard Maestro de ceremo-
nias en 25 de Marzo de 1498
tubo un Consistorio secreto el
Domingo 4º. de Quaresma, á
la que se da el nombre de Læ-
tare, en el qual proveió varios
Obispados, bendixo la Rosa de
oro, y despues vino á la Capi-
lla Mayor, en que el Cardenal
Perusino celebró la Misa*

*Julio Papa 2º. segun se lee
en el Diario de París de Cras-
sis Maestro de Ceremonias tubo
un Consistorio secreto en el au-
la de los Paramentos dia 23
de Febrero de 1505 en la Do-
minica 3ª. de Quaresma, y
despues vino á la Capilla, en
que cantó la Misa el Arzobis-
po de Atenas, que servia de
Asistente.*

En el Diario de Febéo Maes-

*in qua Rex pacis, cum sua pace pro-
cedens, fugavit omne dissidium,
dissensiones depulit, discordiam
perturbavit & sicut Cælum
splendor Solis, ita Ecclesiam ful-
gore pacis illuminat. . . . ut nunc*

*en que el Rey de paz, viniendo
con su paz, ahuyentó la division,
desterró las disenciones, pertur-
bó la discordia, y en que ilu-
mina á la Iglesia con el res-
plandor de la paz; así como el
Sol ilustra el cielo con su
luz..... á fin de que prece-*

*Mag. , A. 1646 legitur: Feria
2. die 12. Mensis Martii, li-
cet sit Festum Palatii, videli-
cet S. Gregorii Magni, tamen
habitum est Consistorium secre-
tum, præsentibus triginta Car-
dinalibus; in quo propositæ sunt
multæ Ecclesiæ, & petitum Pal-
lium pro Ecclesia Strigoniensi
&c. Heri mane, cum Sanctis-
simus (Innocentius PP.X.) Cur-
sori dixisset, quod hac mane es-
set Consistorium, dictum est res-
pondisse: Esse Festum Palatii,
& ideo celebrari non posse Con-
sistorium. Cui quam prudentis-
sime Summus Pontifex, pos-
sumus, inquit.*

Clemens XIII die 24. De-
cembris 1767 mandavit indici
Consistorium secretum, dum can-
tabantur prim. Vesper. Nat. D.
N. J. Christi; quibus expletis,
habuit Consistorium in Aula
Consistoriali Palatii Quirinalis,
& gravi Allocutione exposuit
necessitates Catholicæ Ecclesiæ
& decrevit solemnem utriusque
Gleri Supplicationem habend.

*tro de ceremonias año 1646 se
lee: Lunes 12 de Marzo, aun-
que sea fiesta de Palacio, á
saber la de San Gregorio Mag-
no, se tubo Consistorio secre-
to, y se hallaron en él treinta
Cardenales. Se propusieron
en él muchas Iglesias, y se
pidió el Palio para la Iglesia
de Estrigonia &c. Ayer ma-
ñana, habiendo dicho el San-
tísimo (Inocencio X.) al Cor-
redor que en esta mañana habria
Consistorio, respondió el Cor-
redor segun se ha dicho que
era fiesta de Palacio, y que por
tanto no podia celebrarse Con-
sistorio, á quien el Sumo Pon-
tífice respondió con mucha pru-
dencia: PODEMOS*

*Clemente XIII en 24 Dici-
embre 1767 mientras se canta-
ban las primeras Vísperas del
Nacimiento de Nuestro Señor
Jesu Christo, mandó que se a-
visase á Consistorio secreto, y
concluidas, lo tubo en el Pa-
lacio Quirinal, y en su grave
Alocucion expuso las necesidades
de la Iglesia Catolica, y re-
solvió que en 28 del mismo
Mes fiesta de los Santos Ino-
centes se hiciese por ambos Cle-*

H

procedente Christo Rege pacis omne, quod triste est, auferatur á medio, & illucescente veritate, fugetur mendacium (b).

Hic etiam aptissimus se obtulit Nobis ad Vos alloquendum locus, é conspectu nempe gloriosæ Confessionis Principis Apostolorum, qui Petra est, ad quam eliduntur filii Babylonis; & obtinens cum æterno Sacerdote indeficiens consortium, Sedi suæ præesse non desinit, ut omnino Febronii penitentiam ejus patrocinio referre debeamus.

Plurimam quoque jucunditatem attulit Vos alloqui é latere corporis Magni Leonis, quo Christus utilitur assertore; cujus Scripta suavissima præbent legentibus spectacula; quemque Advocatum, & Propugnatorem veritatis invenimus (c).

Gloriemur itaque in Domino, Venerabiles Fratres, & cau-

diendonos Christo Rey de paz sea quitado de en medio todo lo que es triste: y alumbrandonos la verdad, sea desterrada la mentira (b).

El lugar en que estamos, aumenta á su modo la satisfaccion que experimentamos al hablarlos. Tenemos á la vista la gloriosa Confesion del Principe de los Apostoles: Piedra, donde se estrellan los hijos de Babilonia, y Pontifice, que preside siempre en esta Silla, sin dexar la compañía del Eterno Sacerdote, paraque debamos atribuir la penitencia de Febronio á su seguro Patrocinio.

Tenemos tambien á la vista, y á Nuestro lado el glorioso cuerpo del grande San Leon, organo ciertamente, por el que nos habla Jesu Christo, y Pontifice, á quien hallamos siempre abogado y defensor de la verdad (c), y cuyos Escritos presentan suavisimas descripciones á los Lectores.

Gloriemonos, pues, en el Señor, Venerables Hermanos,

die 23 ejusd. Mensis, Fest. SS. Innocentium, in Basilica Vaticana. Cui idem Summus Pontifex cum Sac. Cardinal. Collegio, ac omnibus Romanæ Curiae Præsulibus interfuit.

(b) S. Petr. Chrysol. Serm. 149 cit. Edit.

(c) Theodoret. Episc. Cyr. ad S. Abund. Episc. Comens. apud Baron. ad ann. Christi 450. n. 33. Tom. 8. Annal Edit. Lucens.

ros una solemne Rogativa en la Basilica Vaticana. A esta Rogativa asistió el Sumo Pontifice con el Sagrado Colegio de Cardenales, y con todos los Prelados de la Curia Romana.

sam hujusce actionis ad originem suam, caputque ferentes, illi immortales gratias, illi laudem, gloriam, & honorem tribuamus, in cujus manu & hominum corda, & momenta sunt temporum.

y subiendo al primer origen y principio de esta conversion de Febronio, demos gracias inmortales, demos perpetua alabanza, demos continua gloria y honor á aquel que tiene en su mano el corazon de los hombres, y los instantes del tiempo.

ERRATA S.

En el latin.

Pag. 8. lin. 1. dice *Sacerdotibus* lease *á Sacerdotibus*. Pag. 25. lin. 24. dice *accedere; in qua* lease *accedere; et in qua*. Pag. 26. lin. 10. dice *Sanctæ Romanæ* lease *Sanctæ Sedis Romanæ*. Pag. 39. lin. 32. dice *propaganda* lease *propugnanda*.

En el romance.

Pag. 19. lin. 9. dice *Iglesia*, *supremos* lease *Iglesia*, y *supremos*. Pag. 30. lin. 23. dice *declaran* lease *declararon*.

